



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 123. Duo Jesuitæ a Sinensium Impertore Romam ablegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. „& hic interim in osculo sancto fratrum
 A. C. 1706. „amoris Dominationem tuam am-
 „plector. „

§. CXXIII.

*Duo Jesuitæ ab Imperatore Romano
 ablegati.*

*Vid. supra
 pag. 334.*

Sub idem tempus Imperator ad Jesu-
 tarum preces PP. Barcosium, &
 Beauvoillerum Romam ablegabat, ut
 Pontificem ad revocandum suum de-
 cretum contra Sinenses ritus editum
 novumque juxta Societatis mentem
 promulgandum inducerent, & qua-
 vis, ut memoravimus, ipsemet Imp-
 rator Sabinum Mariani a Turnonio re-
 minatum ad dona summo Pontifici
 Romam perferenda selegisset, & P. Bo-
 vetus duntaxat velut Interpres huius
 Legatum comitari permissus esset, ni-
 hilominus idem Pater se solum tanquam
 Legatum ab Imperatore decretum esse
 dicebat, atque a Sabino claves, & scrip-
 tamque, cui dona erant inclusa, rece-
 tebat: utrumque vero, jubente Turno-
 nonio, restituit Sabino: ubi vero am-
 Peckino Cantonum pervenerant, Mar-
 darini Bouveto velut primario Imp-
 ratoris Legato præcipuos deferrebat
 honores. Hoc comperto Turnonius
 Bouveto in mandatis dedit, ut Legatum
 citè

titulum deponeret, clavesque & dona Sabino consignaret: Haud diu hæc contentio Imperatorem latebat, qui graviter inde offensus, acerbis admodum literis P Bouveto hanc temeritatem exprobravit: Hic quidem ad hanc epistolam responsum dedit, quo tamen tantopere Imperator ad iracundiam provocabatur, ut dona & Legatos revocaret (*).

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

§. CXXIV.

(*) Ita rem narrat Franciscus Gonzalez pag. 64. cum pluribus aliis Scriptoribus: Jesuita autem Anonymus in sua relatione ait: quod Imperator Sabinum a Turnonio electum tanquam Legatum Romam decreverit, mutata autem sententia P. Bouvetum selegerit, qui ejus nomine tanquam Minister dona perferret. Turnonius vero hunc Patrem non nisi tanquam Interpretem vel Sabini socium admittere voluerit, & quamvis mandati literæ nomen Bouveti continerent, & Mandarini eidem dona, necnon claves ad cistam consignassent, Turnonius tamen eidem præceperit, ut literas & dona Sabino redderet. Paruit ille, arrepto autem itinere Mandarini, qui ambos Peckino Cantonum comitabantur, Bouveto primos honores tanquam unico Imperatoris Domini sui Legato præstari curarunt. Ea res Turnonii Auditori Romænum movit. indeque orta dissidia, quæ aucta